

## Aduertencias para

vestes Sacerdotales, Altaris Palla, & Corporalia cum necesse eis fuerit, benedicere: vbi Catholicorum Episcoporum copia non habetur. ¶ Circa hanc concessionem quam etiam adducit Pater Emanuel, art. 1. q. citate, aduertunt [& bene] Doctissimi Patres Ildephonus de Noreña, & Magister à Veracruce in suis Compēdijs, q̄ licet Capitulum Generale Meclinense restrinxerit hanc facultatem ad solos Guardianos, & ad alios Ordinis Superiores: ita q̄, qui non sunt Prælati non possint talia benedicere: nihilominus Fratres Prædicatores Sacerdotes non propterea prohibentur hæc benedicere: & consequenter Augustinienses, & Patres Societatis, quia dictum Capitulum Generale Fratrum Minorum non potest aliorum priuilegia restringere: quoniam illa quę nobis conceduntur, statim sua sunt, ac si illis specialiter concederentur, vt Patet verb. Communicatio priuilegiorum, in principio huius tractatus, & infra eo titulo. Ad eundem modum facultas Pauli. 3. concessa presbyteris Societatis Iesu absoluendi à reseruatis, etiam sedi Apostolicæ, exceptis casibus Bullæ Cęnę Domini: de quo supra verb. Absoluere